

Matthæum 5.ca. vbi dixit Apostolis: Vos estis sal terræ, &c. vbi latius explicuimus. Marci verò 9.cap. pro fide, seu dilectione capitur, cùm dicitur: Habetis in vobis sal. Lucas verò pro verbo domini, & apto ad docendū sermonem, quasi diceret: Si Dei sermo prauis corrumpatur doctrinis, neque utilis erit prædictori, & multo minus auditori. Vide Matth. 5. & Mar. 9.

CAPUT DECIMVM QVINTVM.

Ex parabola centesimæ ouis inuenitæ, & drachmæ decimæ, & filij prodigi reuertentis, concludit Christus pœnitentia fructum contra Phariseos murmurantes, cur ipse frequentaret peccatores, & discum beret cum illis.

ERANT autem appropinquantes ei publicani & peccatores, ut audirent illum. ¶ Et murmurabant Pharisei & scribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.

Quia Christus regnum Dei promittebat pœnitentiis, appropinquabat ad eum publicani, exercentes publica munia Imperatoris, tributa, vectigalia, & huiusmodi principum redditus: & peccatores, qui minora exercebant officia, ut cambia, ysuras, & huius: quæ omnia scribæ & Pharisei abhorrebat, tanquam peccata publica, & ideo Christum abominabilem censebant, qui vt plurimum diuertebat ad illos, vt eos è peccatis suis retraheret, propter quos præcipue missus fuerat, vt ipse superius dixit: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

tMatth. 18.b. Et ait ad illos parabolam istam, dicens: t Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, & si perdidit unam ex illis, non dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et cùm inueni erit eam, imponit in humeros suos, gaudens, & veniens domum, convocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. ¶ Dico vobis, quod ita gaudium erit in celo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigenit pœnitentia.

Quam

Quam grati Deo, modò ad bonam frugem fese recipiat peccatores, docet tribus sequétibus parabolis Christus: quanquam illi & prædicatoribus omnibus Evangelicis curæ esse debeat. Ab hoc autē loco vñsq; ad hūc: dico vobis: Vide Matth. 18. Quod verò ait: ita gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis: caue propterea intelligas magis à Christo peccatorem vnum penitentem, quam nonaginta nouem iustos diligi, & magis gaudere, pro uno penitente, quam si nonaginta nouem penitentem: nam vnam Mariæ plus omnibus peccatoribus penitentibus dilexit: Sed consueto modo intelligendum est, quo amplius exultare solemus de rebus aliquibus, quanto desperatores fuerūt, ac maiori in periculo: quod ob rei perditæ inventionem specialis quædam ac noua exultatio fese in nobis exerit.

Aut que mulier habēs drachmas decem, si perdiderit drachmam vnam, nōnne accedit lucernam, & euerit domū, & querit diligenter, donec inueniat eam? Et cùm inuenierit, conuocat amicas & vicinas, dicens: Congratula nini mihi, quia inueni drachman quam perdideram. Ita, dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente.

Similis est ratio de muliere quæ ex drachmis decem perditā vñ omni studio & diligētia perquirit, & accensa lucerna totam domū euerit, siue euerit, pro quo Græcæ est ἡρῷον, euero, vbi facilis est mutatio r in t. Inuēta autem drachma ad congratulandū sibi vicinas inuitat. Vult autem ijs parabolis Christus, quod si tanto studio res perditas etiam minimi valoris perquirunt mortales, nihil mirum sit, si factor ipse & omnium cōditor ad saluandos peccatores omnes ad sui imaginem factos & similitudinē, multo studio recuperare stuet, & seruare. Hinc est, quod per parabolas superiores docuit vitare ociū, arrogantiā, nimiam circa terrena occupationem, & earum perpetuis prælationem: nunc spem venie promittens, penitentiæ demonstrat fructum. Ideo tres nobis proponit parabolas, pastoris, mulieris, & patris. Pastor, C H R I S T U S perditam venit quæsturus ouem ex singu-

singulari misericordia, quam inuentam super humeros ad caulas reuehit. Mulier, Ecclesia quasi mater requirit, nullis laboribus parcit, vt drachmam, scilicet animam rationalem ad numerum denarium reuocet. Pater, Deus redeuntem filiu suscipit & vestit, ac sibi reconciliat, & recipit post pœnitentiam. Est autem drachma idem quod denarius, valens tres solidos cum dimidio. Quod autem hic dicit Christus, quod est gaudium angelis in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, manifestū hinc est, quod sanctis in cœlo pœnitentie nostræ innotescunt, & consequenter orationes nostræ. Quod maximè nota propter eos qui dicūt frustrā sanctos à nobis orari, q̄ illos preces nostræ lateant. Non enim simpliciter angelis dixit, ne custodes hominum intelligeres, scilicet angelos, sed angelis in cœlo, & alijs beatis in cœlo.

Ait autem: Homo quidam habuit duos filios: & dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantiæ que me contingit. Et diuisa est illis substantiam. Et non post multis dies congregatis omnibus, adolescentior filius peregrinatus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viviendo luxuriose. Et postquam omnia consummasset, facta est famæ valida in regione illa: & ipse cœpit egere: Et abiit, & adhæsit vni ciuium regionis illius, & misit illum in villam suam, ut paiceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suum de filiis quis quas porci manducabant, & nemo illi dabat. Ipse autem reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autē hīc fame pereo? Surgam, et ibo ad patrem meum, et dicam ei: Pater, peccavi in cœlum & coram te: Iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis. Et surgens venit ad patrem suum.

Parabola hæc ad literam nota est, tantum si qua est in re grammatica difficultas, replicemus, deinde rationem parabolæ aperiamus. Vbi ergo ait: Da mihi portionem substantiæ que me contingit, Græcè, δός μοι τὸ ἐπιβάλλεντος τῆς ζωῆς, Id est, da mihi attinentem ad me partem bonoru, sive facultatum, aut substantiæ, & vt bene verit intepres, qua me contingit, melius quam Erasmus, qua ad me redit. Nam contingendi verbo cum accusativo

iatio utitur Vlpianus, dicens: Si cum alium contingere locatio, id est, ad alium attineret. Caius datiuo iunxit, dicens: Pars precij contingens alicui, id est, pertinens ad aliquem. Vide locos in Caio & Vlpiano.

Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius, et misericordia motus est, et accurrens cecidit super collum eius, et osculatus est eum. Dixitque ei filius. Pater peccavi in celum et coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos: Cito proferte stolam primam, et induite illum, et date annulum in manum eius, et calceamentum in pedes eius; et adducite vitulum saginatum, et occidite, et manducemus et epulemur, quia hic filius meus mortuus erat, et reuixit: perierat, et inuentus est. Et coepi rursum epulari.

Quod autem ait: proferte stola vestis est genus usque ad talos demissae. Annotat autem Budaeus, non de qualibet esse dictum, sed certam quandam & eximiam intelligi, propter duplicationem articuli, τὰς σολῆς τὴν πρώτην. Similiter quoque cum ait: vitulum saginatum, non de quo quis vitulo intelligi, sed de certo quodam ad genialiter epulandum saginato: quia semper duplicatur articulus, τὸν μόσχον διτεύον, id est, vitulum illum saginatum. Similiter ubi epulemur & epulari, Graece est, ἐφγαίνεσθαι, quod significat latari. Interpres modum latandi expressit, qui fit genialiter epulando, latio re quem potuit excogitare modo, etiam cum symphonia, chorus & organis, substantia deperditæ, & peccatorum immemor, absque ullo patris improperio: cui vix si millem reperias patrem inter homines.

Erat autem filius eius senior in agro, et cum veniret et appropinquaret domui, audiuit symphoniam et chorum: et vocauit unum de seruis, et interrogauit quid haec essent. Isque dicit illi: Frater venit, et occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est autem, et nolebat introire. Pater ergo illius egreditus, coepit rogare illum. At ille respondens dixit patri suo: Ecce, tot annis seruiui tibi, et nunquam mandatum tuum præteriui, et nunquam dedisti mihi hædum, ut cum amicis meis epularer: sed postquam

C A P . X V . E V A N G E L I U M

quam filius tuus hic, qui deuorauit substaniam suam cum
meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum. At ip-
se dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt,
epulari autem oportebat, + quia frater tuus hic mortuus erat,
& renixit: perierat, & inuentus est.

¶ 23. q. 7.
capite.

Quemad
modum.

Duo huius patris filij, iusti sunt & peccatores, firmi
in fide & imbecilles: quorum Deus pater est. Ex illis a-
dolescentior & infirmior eximi volens a cura paterna,
attinentem ad se portionem substancie dari sibi postulat,
arbitrio suo, non paterno consilio diuidendam. Portio au-
tem substancie quae ad nos attinet, beneficentia tamen
paterna, naturalia dona Dei sunt, & gratuita. Huiusmodi
prudentia, sagacitas, ingenij facilitas, gratia item ac vir-
tutes. Pater autem eliusit utriq; substanciam, quando bo-
na illa utriusque utenda permittit, sinens eos in arbitrio sui
potestate. Adolescentior autem & infirmior proprijs
virtutibus confidens, neque patris consilio incumbens,
peregre ac longe a patre suo in longinquam peccati re-
gionem, quod longe nos a Deo diuidit. Profectus autem
dissipauit ibi omnem substanciam suam luxuriosè viuedo,
qua & gratuita dona per peccatum perdidit, & natura-
lia per vitam perditam ac luxuriosam longe immunit:
uti voluptuosis saepe contingit, apud quos de moribus
ultima sit quaestio. Tunc fames in regione illa oritur, quia
uti homo totum se peccatis dedit, ne potest non esse gra-
tiae ac verbi Dei (quod solum anima pascit) ingens penu-
ria, iuxta illud Amos 8. ¶ Emittam famem in terram, no
famem panis, neque stitum aquae, sed audiendi verbum
domini. Itaque consumptis facultatibus, adhaeret vni ci-
uium regionis illius, id est, dæmoni, qui ciuis est regio-
nis peccati. Ab eo autem mittitur ille ad pascendos por-
cos, hoc est, immundos spiritus sibi subditos, qui nulla
alia re delectantur magis ac pascuntur, quam peccatorum
impudica & luxuriosa conuersatione. In hac autem mi-
seria cum dies aliquot degisset, porcorum siliquis vescens,
id est, inanibus & sordidis delicijs se se volutas, tandem ad
se reuersus, libero innixus arbitrio, presentisq; suae mi-
seriae magnitudinem ex statu mercenariorum, patrisque
sui reputans, proponit a peccato surgere ac desistere, &
cum

¶ Amos.
8.d.

cum omni humilitate ac sui abiectione misericordiam à peccato postulare; quam ita petitam non modò obtinet, sed & vestem illam primam induitur, id est, ad gratiā & charitatem, vnde exciderat, redit: & annulo ad manum, id est, fide, honorumque operum virtutibus insignitur: & calceamentis illi pedes muniuntur, quando ad ambulandum in via domini bonis studiosisque affectionibus accingitur. Nam per manus opera, per pedes affectionē solet intelligere scriptura. Porrò recuperati perditī filij tanta fuit patris lætitia, vt vitulum saginatum, Christum feliciter occidi mandauit: cùm & pro nobis omnibus trā Rom. didit illum, & occisum, sive manducari per confidentiā 8.f. in passione eius: qui plerūq; etiam à reuersis filijs sacra mentaliter in Eucharistia manducatur. In summa adolescentior hic prodigus filius, infirmi peccatoris typum gerit, qui Dei iugum executiens, ac creditam sibi substantiam, ex leuitate & infirmitate administrare se posse ratuſ, in miseriam peccati, & dæmonum seruitutem pede prolabiliter, ibi q; aliquandiu conuersatus, tandem ad se reuersus, peccatum suum agnoscit, & postulata cum omnibus humilitate à patre cœlesti venia, ad maiorem, quam à qua exciderat: gratiam recipitur. Senior autem frater typum gerit eorum, qui cùm diutius in mandatis domini vixerint, non agnoscū Dei beneficium, sed turgidi inde facti & elatiores, infirmiores quoque peccatores aspernantur, indignanturque à patre recipi: quomodo hoc capite Pharisæi & Scribæ indignantur, conuiuo peccatores cum Christo excipi. Vnde ait Lucas: Et murmurabant Pharisæi & scribæ dicentes: quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Ea propter tribus parabolis, scilicet de ove palabunda reperta, de drachma perdita inuenta, & de prodigo auerso ad meliorem frugem reuerso, ob cuius reversionem tantopere pater exultat, & cù eo epulatur, ostendere vult Dominus non temere se cum peccatoribus conuersari, vt scilicet illos lucretur: temere autem ac sine causa ob id Pharisæos indignari, qui obliiti Dei gratia, tantum sua merita iactant, dicentes: Ecce tot annis iam seruio tibi: & nunquam mandatum tuum præteriui: & fratris infirmitatem accusant, dicentes: sed postquam filius tuus hic, qui devorauit substantiam suam

CAP. XVI. EVANGELIVM.

suam cum meretricibus, venit, &c. Hic mihi videtur esse simplicior sensus. At si quis velit per iuniorem fratrem gentilem populum intelligere, ab idololatria, quæ fornicatio paſſim appellatur, ad fidem conuersum, totam penitentiam Iudaicam, quæ Christo indignata est, & apostolis gentes recipientibus, potest id quidem, neque est quod interpretationem nostram de seniore fratre, per quem turgidos Pharisaos intelligo, quisquam damnetur, non magis quam totam interpretationem Iudaicam, propter hæc verba, Tu semper tecum es. Quod facere videtur Caietanus, dum ait: Vnde hinc apparet, quod iste semper iustus perseverauit, alioqui non diceret: tu semper tecum es. At qui si de gente Iudaica intelligimus, quo modo Chrysostomus, Augustinus, aliquique doctores, tunc sensus est: Nunquam tibi gratia mea defuit, qui & olim prophetas, nouissinè autem & filium meum misi, per quem si voluisses stare tecum, semper poteras. Si de eo intelligis, qui cum iustus aliquando perseverasset, tandem insolescere coepit, ac plus nimio meritis suis tribuere, sensus est: Tu semper tecum es, id est, hactenus mea gratia te diligente semper tecum fuisti, quem si agnoscere voluisses, non infolenter opera tua iactare, tecum semper fuisses.

CAPUT DECIMVM SEXTVM

Postremam partem penitentiam, scilicet satisfactionem, subdit, siue per pœnam damni sub parabola villici iniuriantis, siue per pœnam sensus sub diuite epulone: ex quibus infert, eleemosynam potione partem esse satisfactionis.

Dicebat autem et ad discipulos suos: Homo quidam erat dñus, qui habebat villicum, et hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum, et ait illi: Quid hoc audio de te?

† Matth. † reddere rationem villicationis tuae: iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus auferat a me villicationem? Fodere non valem, mendicare erubescō. Scio quid faciam, ut cum amotus fuerō a villicatione, recipiat me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantū debes

25.c.

De accusatio-

fatio. Qua-

liter. 2.